



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianaе, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Παρα.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

quoque die. *διὰ βίον*, per totam uitam. *διὰ τέλος*, continuè, assiduè. *διὰ μιᾶς γνώμης γυνόμενοι*, uno animo consentientes. *διὰ δρεάτων μάχεσθαι*, eminus pugnare.

Cum accusatiuo significat propter. *διὰ σὲ ταῦτα ποίω*, propter te hæc facio. Dicunt etiam *διὰ ἐμέ γε*, quantum in me est. Homerus tamen etiam cum accusatiuo profert interdum *διὰ*, significans per medium. *διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα*, per arma & atrum sanguinem.

Μ Ε Τ Α.

ΜΕΤΑ cum genitiuo significat cum. *ὑδ' ἡς μετὰ φίλων ὁ βίος*, suavis cum amicis uita. Illud autem *μετὰ τρίταρσι ἀνασε*, cum tertijs imperauit, poetice est.

Cum accusatiuo significat post, *μετὰ πλῆροστίων*, post festum. *μετὰ πόλεμον ἢ συμμαχίαν*, post bellum auxilium.

Vsurpatur etiam quandoque pro *γ'*, uel *διὰ*. *μετὰ χεῖρας εἶχον*, in manibus habuit.

Γ Α Ρ Α.

ΓΑΡΑ cum genitiuo, significat motum à persona. *πρὸς θεὸν τ' ἀγαθὰ*, à Deo bona.

παρ

παρ' ἐμοῦ δίδουαι, de meo, siue de mea pecunia dare. Siquidem ἀπὸ & ἐξ, motui qui est à loco, maxime sunt peculiare: πρὸς uero & πρὸς, motui à persona.

Cum datiuo, apud, propè. παρ' ἐν τῶν οἰσὶν ὁ κύων, iuxta intestina canis. πρὸς σοι, in te est sitū, penes te est. παρ' ἐμοί, apud me. Et cōstruitur plerūq; datiuo, significante rem animatam. Vbi uero fit sermo de re inanimata, iungitur accusatiuo in eodem sensu. πρὸς θάλασσαν καθέδ' ἕμαι, iuxta mare sedebo.

Cum accusatiuo etiam significat ad, πρὸς σέ ἐρχομαι, ad te uenio. Aut propter, πρὸς τί, propter quid, unde, quam obrem. πρὸς τὸ ἀδικεῖν ἢ ἡμιωεία, propter iniuriam supplicium. Aut præter, παρὰ τὸ μέλθ, præter, seu extra cationem: hoc est, inepte. πρὸς γνώμην συμβαίνει, præter opinionem accidit. παρ' ἑνα, præter unum, hoc est, uno minus: ut παρ' ἑνα τὸ σδρι, uno dempto totidem. Aut relationem, τὴν πορφύραν πρὸς πορφύραν, purpuram iuxta purpuram. παρ' ἄλλου ἄλλοῦ δειμ,

ἄνω, præ cæteris uilis est. Aut supra, *ἄνω* πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ue ultra, *ἄνω* πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, speciosus supra filios hominū. Hoc modo Hieronymus secundo aduersus Iouinianum libro, uertit illud ad Rom. 14. *ὅς μὲν κείναις ἡμέραις παρ' ἡμέραν*, alius iudicat diem plusquàm diem, hoc est, unū supra alium. Aut significat intermissionem. Sic diuus Augustinus in quaestionibus Epistolæ ad Romanos, interpretatur dictū locum ad Romanos 14. *ὅς μὲν κείναις ἡμέραις, παρ' ἡμέραν*, alius quidem iudicat alternos dies. Sic *ἔτος παρ' ἔτος*, alternis annis. *μῶνα πρὸς μῶνα*, alternis mensibus.

Potest etiam dici hoc modo, *παρ' ἡμέραν, παρ' ἔτος, πρὸς μῶνα*, alternis diebus, alternis annis, alternis mensibus, *πρὸς μῆρας*, uicissim, alternis uicibus. Cui potest etiā addi nomen numerale, *πρὸς μίαν ἡμέραν*, alternis diebus. *παρ' ἡμέρας πέντε*, quinto quoque die. *παρ' ἡμέρας ἑπτὰ*, septimo quoque die. & sic de alijs.

Potest insuper dici, *πρὸς τρίτῃ ἡμέρᾳ*,
tertio

tertio quoque die, hoc est, dierum singulorum interuallo. πρὸς τετάρτην ἡμέραν, quarto quoque die: & ita ulterius.

Nec de tempore tantum utuntur hoc modo loquendi, sed etiam alijs de rebus interiectis, πρὸς πληγῶν, siue πληγῶν. πρὸς πληγῶν ἐκατόρῳ ἑτησίῳ, alternas plagas incutiam, hoc est, utrunque vicissim cedam. πρὸς ἑνα, uel ἑνα. πρὸς ἑνα χορεύοντες, alternatim choreas ducunt. Inde dicitur πρὸς ἑνα αὐτόφορα, quae alternis annis fructus ferunt.

Quandoque importat tempus idem, πρὸς τὸ δεῖπνον, tempore coenae. πρὸς τὸ πλῆρ, inter nauigandum. πρὸς αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, protinus admisis delictis: quod iuris periti dicunt, adhuc flagrantibus delictis. πρὸς αὐτὸν τὸν καιρὸν, in re praesenti, in praesens, in praesentiarum. πρὸς αὐτὸν καιρὸν ἐκατόσδε, uno quoque tempore. πρὸς πάντα χρόνον, omni tempore. πρὸς ὅλον τὸν βίον, per totam uitam, à toto tempore uitae. Hinc fit πρὸς αὐτίκα, & πρὸς αὐτὰ, & πρὸς αὐτόθι, iam inde, ex illa hora.

Quandoque

Quandoque significat contra, ὅθεν πρὸς τὸ θεὸν ὁ δίκαιος πράττειται, nihil contra legem Dei agit iustus. Aut post, πρὸς τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, post mala prudentior.

Dicitur etiam adverbialiter, πᾶς ὅθεν, πρὸς μικρὸν, ferme, pro nihilo. πᾶς ὅθεν, uel πᾶς ὅσα, quatenus, quoniam. Pro quo etiam quandoque capitur πᾶς ὅ.

Item, πρὸς πολὺ, nunc capitur pro multo seu plurimo, nunc pro modico: sic, ut πρὸς πολὺ dicatur, quasi ἐκ τῶς πολλῆς, ut παρὰ πολὺ τὸ ἐλπίδι ἐποίησα, minus quam spes erat feci. Sic πρὸς ὅσον, modo capitur pro tantum, siue tam multum; modo pro tantulum, siue tam parum.

ΑΝΤΙ.

ΑΝΤΙ semper construitur genitiuis, & significat pro, seu contra. ἀντὶ τοῦ, contra, seu pro te. ἀντὶ σώματος σκιά, pro corpore umbra. ἀντὶ λέοντος μῦθ, pro leone murē. ἀντὶ κυνὸς σὺν, pro cane suem. ἀντὶ Ἑρμῖονος, Hermionis uice. Dicunt etiam ἀντὶ ἡμέρας, per totum diem.

Aduerbialiter etiā dicunt ἀντὶ ὧν, quā obrem,